Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tue solemnia colum-
eius apud te patro-
nia sentiamus · per
Epla Ad Tytum :-
Carissime · Ap-
paruit benigni-
tas et humanitas :
saluatoris nostri dei ·
non ex operibus ius-
titie que fecimus nos :
sed secundũ suã misse-
ricordiam saluos nos
fecit · per lauacrũ
regenerationis et re-
nouationis spiritus
sancti quem effudit
in nos abunde : per
ihesum cristum sal-
uatorem nostrum :
vt iustificati gratia
ipius heredes simus
secundũ spem vite
eterne · In xpo iesu :
domino nostro :-

Benedictus Grad:
qui venit in noie
domini deus dominus
et illuxit nobis ℣
A dño factũ est istud :
et est mirabile in oculis
nostris · Alleluia
Dñs regnauit decorem
indut : induit dñs fortitudinem
et precinxit se virtute
Ita te Sequẽcia
Celebremus laudi-
bus pijs digna Hu-
ius diei carmina in
qua nobis lux oritur
gratissima Noctis
inter nebulosa perrũpit
nostri criminis vm-
bracula Hodie secu-
lo maris stella est e-
nixa noue salutis
gaudia Quem tremũt
barathra mors cruen-